



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**S. Avrelii Avgvstini Hippoensis Episcopi Et S. R. E.  
Doctoris Vita**

**Lancilottus, Corneille**

**Antverpiæ, 1616**

Cap. L. Templa construit, ac Diuorum reliquiis exornat, quæ frequentibus  
coruscant miraculis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42857**

sistendus) habere manus plenas. Cùm autem inaudisset absens ; suos Hipponienses ob ingruentium malorum metum in eleemosynarum datione refriguisse , redarguit eos his verbis : *Non solum non debetus minus,* Epist. 38. *sed etiam amplius facere opera misericordiae,*  
*quam soletis.* Sicut enim ad loca munitiora Elegans  
compara-  
tio. festinantiūs migrant , qui ruinam domus vi- dent contritis parietibus imminere ; sic corda Christiana tanto magis debent bona , quæ in terrâ recondere disponebant , in thesaurum cœlestem impigrâ celeritate transferre , gaudentes quòd immortali Domino , ad quem venturi , bona propria commendarint.

## C A P V T L.

*Templa construit , ac Diuorum Reliquiis  
exornat , quæ frequentibus coruscant  
miraculis.*

**N**ON paucos mortales huiuscmodi motionibus permouit , vt liberalitatem in pauperes amplius exercent , Christumque heredem suum instituerent , vt que in monasteriorum ac templorum stru- Hereditas  
causas mo-  
nitu D. Au-  
gustinero-  
gata. turam erogare de partis sibi rebus haud dubitarent. Has ille ecclesias non tam annuis censibus , quam Sanctorum Reliquiis augebat , diui in primis Stephani , plurima ibidem miracula perpetrantis ; de quo ipse:

X 2                    Non-

Lib. 22. De Nondum est biennium, ex quo apud Hippo-  
Ciu. Dei, nem Regium ista memoria, (templum intel-  
cap. 8.

ligit in honorem S. Stephani à se conditum) esse cœpit, & multis (quod nobis certissimum) non datis libellus qui miracula facta complectebantur, de iis quæ mirabiliter fa-  
cta sunt, illi ipsi qui dati sunt, ad septuagesi-  
num ferè numerum peruererant, quando il-  
la scripsi. Tanta miracula fecit; mortuus vi-  
uos facit mortuos, quia nec mortuus; &c.

Ser. 51. De Mulier erat oculorum lumine destituta,  
diuersis.

*Frequentia  
per D. Ste-  
phani  
miracula.*

quæ simul ac illis admouit flores, qui eidem Protomartyri fuerant oblati, visum, omnibus qui aderant stupentibus, recepit. Ad hæc Martialis, inter optimates vnu, eiusdem Diui suffragiis à præfracti animi duritie liberatus, Christi Religionem ac Baptisma expetiit. Virgo item sacra Caspaliiana, cum esset vitâ defuncta, statim B. Stephani tunicâ fuit operta, & reuixit. Complura huiuscemodi de Sancto Sanctus refert, quæ hic recensere perlongum foret, & præter institutum.

### C A P V T L I .

*Res aduersas amat, & ferre docet  
Augustinus.*

**A**DVERSORVM patientissimus, calami-  
tates, non ut vulgo æstimantur, ti-  
muit